Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Leodium Galliarum clarissima et potentissima civitas hoc anno 1468 a Carolo burgundio-
rum duce capta et ingenti edita cede diripitur. Superioribus enim annis inter leodienses et burgun-
dionum ducem maxime contentiones agebantur. Quas cum leodiensis episcopus extinguere temptasset, a civibus suis
urbe pulsus fuit. Ideo summus pontifex Tiburtinensem episcopum legatum eo misit. Is in carcere truditur. Quadobrem
indignatus dux urbem in germania populosissimam presente et fauente ludovico francorum rege acerrimo
impetu ac prelio urbem expugnauit ac eam euertit.

Mathias inclitus Rex hungarie bosnense regnum hac tempestate aggressus, Castrum Jaytza
tum loci natura tum vero menium altitudine munitissimum dedicione cepit. Inter hec sacro
Regni hungarie diademate a manibus Friderici Romanorum cesaris magna cum difficultate rehabito
Rex sexto sui regni, Anno domini 1464 In die Cene domini astantibus proceribus cum solemnitate maxima
coronatus. Post hec Mahumetem turcorum Imperatorem in expugnacione dicti castri Jaytza in fugam
vertit, relictis machinis et tormentorum generibus inglorius in turciam redit. Tandem post aliqua tempora Cas-
trum sive Castellum Turcorum Sabatz denominatum ad littus fluminis Saue ut Savi per eosdem ex lig-
nis terraque multum curiose perfecti opere preparatum (ut sequens figura omnem diametrum ac for-
mam ostendit) turribus ac fossatis ac vallibus, necnon magnis militibus circa hiemis sub rigorem Amunitum
obsedit. In quo lignea menia ex tabulis fabricata sunt, quarum tabularum compago ita solida est ut vix
ab intento posset iunctura comprehendi. Suntque triclinia ambitu prolixiore distincta portuum in ordine
disposita. Area vero arctis ingenti ambitu cincta, ut amplitudo ipsa regiam aulam ostentat. Dumque
Rex acrius pugna prelio insisteret, Turci rapto comite ab exercitu regis ad castellum, quem inter fero Ioanne de witebitz.
caput eius absciderunt cum flauescente copiosaque coma haste suffixum ad terrorem exponi iusserunt. Mathias Rex
Indignatus vi aggressus dedicione cepit ac expugnauit ingenti gloria. Novissime Turci anno
1492 strato castellum invaserunt ab hungaris repulsi ad propria redierunt.

Sabatz